Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Sequente: Domine Jesu, qui beatam Julianam virginem tuam, mirifica erga corporis et sanguinis tui mysteria dilectione decorasti: concede propitius, ut quam illa ex hoc Divino convivio spiritus percepit pinguedinem, eamdem et nos percipere mereamur. Qui vivis.

84) Carolus Visch Bibl. Script. Cister. in Reynerio Capocio Fuithii natione Italus, patria Viterbiensis, religionem nostram professus in coenobio trium Fontium juxta Romam, unde an. 1218 ab Innocentio III evocatus creatus fuit Cardinalis diaconus tituli S. Mariae in Cosmedin. Magna familiaritate conjunctus fuit erat S. Dominico, cuius institutum plurimum promovit. Cisterciensibus autem sex his fundavit Monasteria, S. Martini in montibus, diaecesis Viterbiensis; S. Petri in Castaneo; et S. Mariae in Paradiso, monialium. Obiit Viterbii, anno 1258. 6. Kal. Junij, ut habet vetustum Kalendarium monasterii S. Coenobii ordinis Cisterciensis. Vid. Ughelus Ital. Sac. t. I, in Episc. Viterb.

85) Datum Viterbii Nonis Julii, Pontificatus nostri anno quarto. id est: die VII Julii 1258. apud Henricum in Privil. Ord. et in Tabulario Stamsii.

86) Idem Congreg. super. Germania, ubi additur: Seculo 15 (l. 16) invalescente per Palatinatum utrumque haeresi, pari cum Monasteriis aliis fortuna ad usus profanos conversa, postmodum Anno 1663 ab Electore Bavariae Monialibus Salesianis, seu a Visitatione B. M. Virginis Monachii concessa est.

† 86) Extat in eodem tabulario recognitum a Bartholomeo Episcopo Tridentino. Datum est privilegium XII Kal. Octob. Pontificatus nostri anno quarto.